

ipse sit *basis* ac fundamentum rerum omnium, sustentans universa, sustentatus à nemine. Vide, quæ de voce hac ejusque origine **בַּיָּסִיס** *basis*, notata sunt alibi uberius, v. g. apud B. Dorscheum *d. 12. pentad. tb. 45.* Dn. D. Calov. *theol. nat. & rev. p. 421. &c.*

יָעַב *subsannabit vel subsannat eos:*) h. e. summa exponet ignominia, ut non solum irriti evadant omnes ipsorum conatus, sed & malò ipsi afficiantur illò, quod cultoribus Dei veris intentarunt, ubi nullam experientur impetrabuntve commiserationem, sed ubivis acerrimè se deludissentient. De verbo **יָעַב** videantur annotata ad *Prov. I, 26.* qui textus huic nostro est parallelus.

EXPLICATIO VERSUS V.

אֲנִי תִּנּוּן:) quando nimirum reges ac magnates cuncta opinabuntur consilia sua jam perstare firma ad subvertendum Messia regnum; *tunc* quando vincula jam credent esse rupta &c.

יִדְבַּר *loquetur:*) Drusius *l. 7. observ. cap. 25.* de textu hoc ita scribit: *Existimo. Interpretes rectè vertisse: tunc loquetur ad eos, illud tamen neque reticere, neq; dissimula repossim, aliam sententiam verborum horum reperiri apud eruditissimum Grammaticorum Camium (Kimchium, qui recitat solum, non verò probat,) secundum quam verba Davidis hunc in modum convertenda sunt: tunc occidet fortes eorum.* Nimirum deducitur inusitatio hic significatus ex voce **דָּבַר** *pestis*, q. d. peste eos vel plaga compellabit gravi: quomodo verbum hoc **דָּבַר** isto modo videtur exponendum, 2. Par. XXII, 10. Athalja **דָּבַר** *incremu omne semen regium;* deinde **אֵלִים** pro fortibus vel magnatibus ponuntur *Exod. XV, 15. Ezech. XVII, 13. XXX, 21. 2. Reg. XXIV, 15.* Utut verò plausibilis hæc videatur esse explicatio, obstant tamen tum proprietates significationis, sine causa gravi non deferenda, tum versionum, Chald. LXX. Syra, Arabica & Æthiopica conformitas, quæ omnes reddunt: *alloquetur eos;* tum non una illinc fluens absurditas, v. g. solum **אֵלִים** fortes seu primarios rebellantium fore perimendos; sed quidni & cæteri? imò *alloqui aliquem in ira sua* satis in se continet terroris, (de Deo præsertim enunciatum,) etiamsi interfectionis non fiat statim mentio. Quapropter sensus est: Deum, utut aliquandiu ad insanas istiusmodi tumultuationes tacuerit, (*Ps. L, 21.*) sardonioque velut risu conatus omnes deluserit, tandem tamen majesticè iudicalem suam promulgaturum fore & increpationem & condemnationem, adeo, ut si Israël ferre nequivit loquentem ad se legislatorem, *Exod. XX, 9.* multo minus hi delinquentes latenti sint tonitrua damnationum penetrantia, à Vindice hoc severo, etiam absque sermone sensibili, efficaciter satis promulganda. Confer Glassii *l. 3. philol. tr. 3. can. 30.* & Pilsat. ad *Psalm. CXXVII, 5.*

אֵלֵינוּ *ad eos:*) malignantium scil. cohortes, vers. 1. 2. Forma hæc affixi poetica, cujus locò aliàs est **אֵלֵיהֶם**, hic tamen cum accentibus comitetur litteram (ה) ante eundem est () æque ut in **אֵלַי** *ad me,* **אֵלָיו** *ad eum* **אֵלַיךָ** *ad te* &c.

בְּאַפְּוֹ *in ira sua:*) h. e. desinet invitare ipsos ad suum regnum post delusum gratia tempus tam turpiter, quin gravi maledictionum potius percutiet eos fulmine, adeò ut in conscientia suâ indefinenter audiant ea, quæ nulla forinsecus percipere potest auris; ut intus etiam experiantur Dei vultum iratum, quem nullus perſenti-

A scit oculus exterior. *De ira Dei* vide sis August. *l. 15. Civ. Dei c. 25.* Gerhar. *exeg. t. 1. LL. p. 853.* Dorsch. *t. 1. theol. Zach. pag. 256.* Rivet. *in Psal. pag. 11.* Aret. *t. 3. probl. p. m. 531.* Voisin *theol. Jud. p. 243.* More nevo. *l. 1. c. 36.*

וּבְחֹרוֹנוֹ *in excandescencia sua:*) crescit sermo, plus siquidem est **חֹרוֹן** *excandescencia* (à **חָרַח** *exarsit*, quando meræ intra pectus exastuant, flammæ succensi velut sanguinis,) quam *Ira:* adeoque indicatur suppliciorum incrementum, æque ut crescere etiam vidimus vers. 1. 2. 3. immorigerorum malitiam.

יִבְהִלְמוּ *conturbabit eos:*) h. e. adeo ipsorum subito evertet consilia, ut sursum deorsum agantur omnia, ipsique, quò se vertant, latebraive quarant, penitus ignorent. Ita namque verbum **יִבְהִל** in niphal est graviter *consternari, perplexum reddi*, ad instar Saulis, accepto mortis nuncio, 1. Sam. XXVIII, 21. &c. In piel est tum *Accelerare* *Cob. V, 1. VII, 9.* 2. Par. XXXV, 21. *Estb. II, 9.* tum celeriter & delubito aliquem *Perturbare*, ut inops fiat consilii, concussaue mente stet attonitus, stupeat, &c. v. g. *Esr. IV, 4.* *perturbabant eos in edificando:* vel ab edificando avocabant consternatos: *Ps. LXXXIII, 16.* *turbine tuo conturbabis eos:* item 2. Par. XXXII, 18. *Job. XXII, 10.* *Dan. XI, 44.* (qui ipsi sunt loci ex piel singuli.) Impletum hoc variis ac ineffabilibus conscientiarum tormentis, quæ experti sunt non semel persecutores ecclesie sanguinari, adeo ut verum non rarò de iisdem fuerit poëta: *vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.*

EXPLICATIO VERSUS VI.

אֲנִי וְאֵינוּ *Ego vero:*) Campen: *ego interim, inquit Dominus, invitis illis præfeci regem, qui mihi placet &c.* Opponitur hoc pronomem, *Ego*, multis illis dominantibus vers. 3. *nos rumpemus &c.* q. d. vos reges pulverei multa equidem magnò cum apparatu molimini; verum *Ego*, cujus consilium stat, & qui facio, quicquid volo, (*Jes. XLVI, 10.*) irrita ea faciam brevi universa, meumque, quem vos furiose oppugnatis, tuebor regem satis gloriose. Præfixum *Vav* adversativè accipitur etiam alibi, ut *Mal. I, 4.* *Jes. XXIX, 13.* &c. Luth. aber.

נִסְכָּתִי *constitui:*) h. e. solenniter ac immutabiliter eundem ad dignitatem hanc destinavi, quomodo alias olei infusione (**נִסְכָּת** enim est *infundere*, fundendo inungere, unguendo inaugurarè,) res ac personæ solenniter solent consecrari: vide sis dicta ad *Prov. VIII, 23.* ubi **ὁ λόγος** **ἁσάρκωτος** vel sapientia creatrix ait: *ab æterno inuncta sui.* Quam ipsam passivam significationem amplexi etiam sunt h. l. LXX. **καὶ ἐσάθην βασιλεύς.** Vulg. *constitutus sum rex:* quos sequuntur Arabica & Æthiopica versio, defenduntque non pauci Papistarum. Verum contra principia grammatica, quippe sic esset **נִסְכָּתִי** vel **נִסְכָּתִי** si secundum aliquos radicem statuas **נִסְכָּת** *te-xit, defendit &c.* Imo quæ mens? *ego constitutus sum super monte sancto meo?* & quorsum affixum alterum? *super monte sancto meo?* quod Vulg. itidem mutavit in *Ejus.* Hinc Chaldaus bina adhibet vocabula activa: **נִסְכָּתִי** (secundum editionem Venetam, vel secundum Buxtor. & Anglicanum opus) **וּמְנִיחִי** *magnificavi regem meum* & **נִסְכָּתִי** *præfeci eum seu constitui super montem Zion.* Aquila **διεσωσάμην incolumem præstiti.** Symm. **ἔχελσα, κηχι:** *Actor. IV, 27.* **ὁν ἐχελσας.** Sensus proin-